

Band V., Nr. 1376, Seite 143-144

Konrad und Heinrich von Wartenberg übergeben auf Bitten ihrer Vasallen, der Brüder Gebhard, Ulrich und Burkhard von Kürnbach, deren sämtliche ihnen von denselben aufgesagten Besitzungen in Kürnbach allmählich an das Kloster Schussenried.

Ohne Ortsangabe, 1256.

In nomine domini amen. Quoniam humana creatura sic corrupcione peccati sit labilis ac suorum actuum inmemor et obliviosa effecta, ut sepius in suis dictis et factis errorem et iniuriam paciatur, doctrina antiquorum persuasit, ut singulorum et omnium gesta karactere scripturarum perhennentur. Noscant igitur tam presentes quam futuri presens scriptum inspecturi, quod nos C. et H . . . viri nobiles de Wartinberc ad petitionem G. et Vl. et Burch. fratrum de Kürnbach nostrorum vasallorum fidelium non simul nec semel, sed successive aliquibus intersticiis infra currentibus omnium suarum possessionum proprietates, quas in Kürnbach habere cognoscebantur, ad honorem dei omnipotentis sueque genitricis semper virginis Marie monasterio eiusdem virginis in Sorech contulimus perpetuo iure possidendas, recepta tamen ab eisdem prius resignacione iuris feödalisi manuali. Ne autem ab aliquibus fratrum predictorum de Kürnbach successoribus aliquam possit vel debeat conventus predicti monasterii pati iniuriam atque gravamen, presens instrumentum sigillo huic^a insignitum eisdem contulimus in evidens testimonium et cautelam.

 Acta sunt hec anno domini millesimo CC^o. LVI^o. Testes autem sunt: C. et H. et filius domini H.

—

Der Textabdruck folgt dem Original.

 Das Siegel fehlt. Nur noch das Pergamentriemchen ist an der Urkunde befestigt.

^aSo deutlich die Urkunde.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

B 505 U 792

Regesten:

Freiburger Diözesanarchiv, Bd. 11, S. 159.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Ohne Ortsangabe

Aussteller:

Konrad; von Wartenberg Heinrich; von Wartenberg

Ortsindex:

Bad Schussenried Wohnplatz (17071)
 Bad Schussenried, BC
 Kürnbach Wohnplatz (17079)
 Kürnbach, Bad Schussenried, BC
 Wartenberg Wohnplatz (14073)
 Wartenberg, Geisingen, TUT